Quelle: https://manuscripta.at/?ID=46681
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



LIPSIS

Et audiui quasi uocem turbe mag̃ & sicut uocem aquarum & sicut uocem tonitruũ magnorum dicentium al leluia. Quoniam regnauit dominus deus noster omnipotens. Gaudeamus et exultemus & demus glãm ei. Qa venerunt nupcie agni et uxor eius preparauit se. Et datum est illi ut cooperiat se byssino splendente candido byssinum enim iustificationes sanctorum sunt. Et dixit mihi angelus. Scribe. Beati qui ad cenam nupciarum agni uocati sunt. Et dixit mihi. Hec uba dei uera sunt. Et cecidi ante pedes eius ut adorarem eum & dixit mihi. Uide ne feceris. Conseruus enim tuus sum & fratrum tuorum habentium testimonium ihesu. Deum adora. Testimonium ihesu est spiritus prophetie. Et uidi celum apertum. Et ecce equus albus et qui sedebat sup eum uocabatur fidelis et uerax & in iustitia pugnat et iudicat. Oculi autem eius sicut flamma ignis. Et in capite eius diademata multa habens nomen scriptum quod nemo nouit nisi ipse. Et uestitus erat ueste aspersa sanguine & uocabatur nomen eius uerbum dei. Et exercitus qui sunt in celo sequebantur eum in equis albis uestiti byssino albo & mundo & de ore ipius procedebat gladius exutraq̃ parte acutus ut in ipo percutiat gentes & ipe reget eos in uirga ferrea & ipe calcat torcular uini furoris dei ire omnipotentis & habet in uestimento & femore suo scriptum rex regum & dominus dominantium. Et uidi unum angelum stantem in sole & clamauit uoce magna dicens omnibus auibus que volabant per medium celi. Uenite & congregamini ad cenam di magnam & ut manducetis carnes regum et carnes tribunorum et carnes fortium et carnes equorum & sedentium super & carnes omnium liberorum ac seruorum & pusillorum ac magnorum. Et uidi bestiam & reges terre & exercitus eorum congregatos ad faciendum pelium cum illo qui sedebat in equo et cum exercitu eius. Et apprehensa est bestia et cum ea pseudo propheta & qui fecit signa coram ipsa quibus seduxit eos qui acceperunt caracterem bestie et qui adorauerunt imaginem eius. Viui missi sunt hi duo in stagnum ignis ardentis sulphuris & ceteri occisi sunt in gladio sedentis super equum qui procedit de ore ipius & omnes aues saturate sunt carnibus eorum.

XX

Et uidi angelum descendentem de celo habentem clauem abyssi et cathenam magnam in manu sua. Et apprehendit draconem serpentem antiquum qui est diabolus et satanas & ligauit eum panos mille et misit in abyssum eum & clausit & signauit sup illum ut non seducat amplius gentes donec consumentur mille anni. Et post hec oportet eum solum illum modico tempore et uidi sedes & sederunt sup et iudicium datum est illis. Et uidi

352